

vers. 18. capitulum. idem Bald. in 1. constit. Digest. veter. §. Itaque. 2. column. in medio. Alexand. in leg. Qui filius. §. 1. fin. column. ff. de Legat. & ibi Modernus Florian. in leg. Qua pater. ff. Famil. ercisc. 4. column. num. 13. Jas. in leg. Si extraneus. 4. column. num. 16. de Condi. ob causam. Felin. in cap. Capitulum Sanctæ Crucis de Rescriptis. 16. column. versic. de Duobus. Martin. de Laud. in tract. de Primogenitur. 57. quest. Cifuentes in hac l. 40. Taur. 3. quest. & ibi Palac. Rub. num. 6. Pro qua sententia & conclusione est hodie in nostro regno notabilis lex Partit. 12. tit. fin. 7. part. Confirmatur, quia in jure nostro & historiis reperimus duos simul fuisse Reges vel Imperatores in Regno vel imperio; text. est in leg. Divi fratres. ff. de Jure patron. text. in leg. Divi fratres. ff. de Pœnis, textus in leg. Si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de Adulter. text. in leg. Imperator. ff. Ad municipal. text. in leg. Imperatores, eodem titul. textus expressus & formalis in cap. Tunc autem. 21. distinct. & ibi notat Glossa ordinaria & communiter DD. in cap. Non autem caus. 7. quest. 2. & ibi bona Glossa, & communiter DD. Nec obstat si dicatur, quod Regnum, vel Imperium, vel majoratus, qui consistit in jurisdictione, est indivisibile, ut in cap. 1. §. Præterea Ducatus de prob. feud. alien. per. Feder. & in cap. Licet de Voto, & latè supra probatum est; ergo impossibile videtur quod sit pœnes duos. Quia ad hoc subtiliter respondeo, quod Regnum, Imperium, vel majoratus & ejus jurisdictio non dividitur, sed pœnes quemlibet est in solidum, quia modò loquamur in jurisdictione, modò in alio jure individo, si competat pluribus, semper competit omnibus in solidum; text. est in l. 1. ff. de Offic. Consul. textus in leg. 2. §. Ex his, & §. Item si in facto. ff. de Verbor. obligation. textus in leg. Stipulationes non dividuntur, cum materia, eod. tit. text. in leg. Heredes. §. Antea stipulatio. ff. Famil. ercisc. text. in leg. Viæ in fin. ff. de servit. text. in leg. Si unus, versic. fin. ff. de servit. rust. prædior. text. in leg. Fideicommiss. §. fin. de Leg. text. in leg. fin. ff. de Servit. legat. quo casu uterque habeat administrationem in solidum, taliter quod sit locus præventioni. Vel possunt inter se administrationem dividere per regiones; argumento textus notabilis in dict. leg. 1. ff. de Offic. Consul. argumento etiam textus notabilis in leg. Inter tutores. ff. de Administr. tutor. ubi habetur, quod plures possunt esse tutores alicujus pupilli; & uterque habet jus tutelæ in

solidum tanquam individuum, & uterque poterit in solidum administrare, nisi administratio sit inter eos divisa per loca, vel regiones; & ibi notabiliter Bartol. & communiter DD. textus in leg. Decretos. §. Si duobus eod. tit. text. in leg. 3. §. final. eodem tit. textus in leg. fin. Cod. de Autoritat. Præsid. textus in leg. 1. Cod. Si ex pluribus tutoribus, &c. textus in leg. 1. §. Si plures. ff. de Exercit. textus in leg. 2. Cod. de Dividend. tutel. notat plenè Bart. & ibi communiter DD. in leg. Si uni. ff. de Re judic. Abbas, & Canonistæ in cap. Prudentiam de Offic. delegat. quo etiam casu, si unus eorum habeat liberos, & non alter, succedet major; si verò uterque habeat liberos, succedet etiam ille qui prius ex alvo editus sit. Item etiam ex iis potest inferri, quod si ille, qui constituit vel fundavit majoratum, vocavit aliquos alternativo modo, dicendo, quod nominabat Titium, aut Sejum; quod non vitietur dispositio, sed uterque admittatur sicut supra dixi & fundavi in pluribus simul natis ex eodem partu; quia alternativa posita inter personas honoratas resolvitur in conjunctam: ita probat textus singularis, & unicus in jure in leg. penultim. Cod. de Verbor. significat. ubi disponitur, quod si hæreditas, legatum, tutela, vel libertas relinquatur duobus vel pluribus alternativo modo, talis alternativa resolvitur in copulativam, & sic omnes pariter & simul admittantur; intelligendo & declarando isto modo, quod si tale commodum vel relictum est merè dividuum, ut hæreditas, legatum, vel quælibet alia res similis, quilibet admittitur pro parte; si verò sit merè individuum, ut tutela, libertas, servitus, jurisdictio, majoratus, vel similis dignitas, quilibet admittitur in solidum: Et in terminis ita tenet & declarat ibi Glossa ordinaria, Odofred. Petr. Cyn. Jac. Butr. Paul. Angel. Salyc. Alexand. Jas. & communiter DD.

69 Decimoquinto principaliter quæro, si primogenitus est demens, furiosus, vel mentecaptus, an excludatur à successione Regni vel majoratus, & succedat sequens in gradu? In quo articulo resolutivè dico, quod si talis primogenitus habet illud vitium perpetuum à sua natiuitate, statim excluditur, & succedit sequens in gradu; quia lex vel dispositio, quæ vocat primogenitum ad successionem, debet intelligi de eo qui naturaliter nascitur habilis, argumento text. in l. Ut gradatim. ff. de Munerib. & honorib. (t) Si autem habet illud vitium ex postfacto ex aliquo casu vel accidenti; tunc ipsemet succedit,

(t) Hanc etiam resolutionem scribit Tiraquell. de Jure primog. p. 23. in pr. & quest. 21. n. 11. Menchac. de Succ. creatione. §. 21. n. 148. Corn. cons. 42. l. 4. Molign. in cons. Parisiensib. tit. 1. §. 8.

cedit, dato sibi curatore, vel administratore; quia in persona sua jam est radicatam jus successionis; nisi aliud dicatur expressè per disponentem vel constituentem; ita probat text. singularis & unicus in jure in cap. Grandi de Supplen. neglig. prælat. ubi ex ista causa datus fuit curator vel administrator per summum Pontificem Regno Portugaliæ. Et ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Joan. Anton. Arch. Domin. Anchar. & communiter DD. Et in expresso per illum textum istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in capit. 1. fin. column. de Success. feudi, idem Bald. in Authent. hoc amplius, col. num. 10. Cod. de Fideicommiss. Alvarot. in cap. 1. §. Mutus, 3. column. num. 7. Episc. vel Alvet. in lib. Feud. Martin. de Laud. in tract. de Primogenitur. 10. quest. princip. Anton. Corse. in tract. de Potestate Regia, 10. quest. princip. Jacob. de S. Georg. in tract. Feud. pert. Quid sit rex, 2. fol. num. 7. in leg. Nemo potest, ff. de leg. 1. column. 2. num. 4. Palac. Rub. in repet. cap. Per vestras, fol. 100. 1. column. num. 8. Cifuent. in hac leg. 40. Taur. 17. quest. Quod tamen notabiliter limita & intellige, quando majoratus consistit in jurisdictione, vel administratione, ut Regnum, Ducatus, vel quid simile; nam lex, consuetudo, vel dispositio quæ vocat primogenitum ad successionem, debet intelligi de habili, secus verò de inhabili, per supradicta. Si verò majoratus non consistit in jurisdictione, vel administratione, sed tantum in pura & simplici successione bonorum, tunc benè succedit talis primogenitus, licet sit demens, furiosus, vel mente captus; quia quando agitur de successione bonorum, ipse est capax ex testamento, vel ab intestato, sicut quilibet alius sanæ mentis, ut in leg. fin. §. Tali, Cod. de Cura. furios. & in §. Fui, Institut. de Hæred. quæ ab intest. deferrunt. (u)

70 Decimosexto principaliter quæro, an primogenitus possit cedere & renuntiare jus primogenituræ in sequentem in gradu? Et breviter dico quod sic; ita probat textus notabilis in cap. Quam periculosum casus. 7. quest. 1. cujus verba sunt. Quam periculosum sit in divinis rebus ut

quis cedat juri suo & potestati, Scriptura Sacra declarat; cum Esau primatus suos inde perdidit, nec recipere postmodum potuit quod semel cessit, & per illum textum ita tenet Hostien. Joan. Andr. & communiter DD. extra, de Voto. Bald. in cap. 1. Præterea. num. 2. ff. Quibus mod. feud. amit. Martin. de Laud. in tract. de Primogen. 23. quest. Jacob. de S. Georg. in leg. Cum antiquioribus, Cod. de Jure deliber. fin. column. numer. 21. Cifuentes in hac leg. 40. in l. Taur. 14. quest. Quod tamen limita & intellige, quando primogenitus, qui renuntiat, esset major 25. annor. secus verò si sit minor; quia posset se restituere, nisi jurasset; argumento Authent. sacramenta puberum, Cod. Si adver. vend. ita tenent & declarant Mart. Jacob. de S. Georg. & alii DD. ubi supra. Item etiam limita & intellige, quando primogenitus jam successerat in majoratu: secus verò si pater ejus, vel prædecessor viveret; quia tunc ejus voluntas & consensus requiritur cum perseverantia usque ad mortem, argumento text. in leg. fin. Cod. de Pact. Et in expresso ita tenet Bald. in Authent. hoc amplius, Cod. de Fideicommiss. 3. column. num. 10. Quod est notabile. Cujus ratio est, qui tali casu in effectu videtur factum & celebratum pactum de futura successione certo modo dividenda; cum tendat in favorem alterius filii post eum vocati ad majoratum: Nec differt, quod tale pactum fiat soli patri & possessori, vel fiat patri & filio successoribus; quia utroque casu censetur pactum de futura successione certo modo dividenda; cum sibi ceditur & donatur major pars & successio bonorum, & vide latius in leg. 22. supra his legibus num. 30.

71 Decimoseptimò principaliter quæro, an pater possit privare filium primogenitum jure majoratus & primogenituræ? Et breviter & resolutivè dico, quod non, nisi ex magna causa, per quam posset eum exhæredare, & privare sua legitima; argumento text. in Authent. ut cum de Appell. cogn. cap. Causas, collat. 8. & in leg. fin. Cod. de Revoc. donat. Et in expresso ita tenent Hostiens. Joan. Andr. & comuniter DD. in dict. cap. Licet, de Voto. Alber. in Proxio, Digest. Vet. §. 8.

§. 8. glos. 1. pro qua sententia est textus expressus in leg. 3. ad med. verb. Todas estas cosas, tit. 15. part. 3. Gregor. in leg. 2. tit. 15. part. 2. verb. Seyendo home para ello. Molina. lib. 1. cap. 13. n. 15. Matienz. quam plures alios cumulans in leg. 1. tit. 7. glos. 1. num. 14. lib. 5. Recopil. De muto, & surdo vide Molin. lib. 1. cap. 13. num. 46. usque ad 65. de cæco, num. 66. & 67. ubi latè de istorum successione in majoratu agit.

(u) Hanc limitationem probat Tiraquell. alios referens de Primogenit. quest. 23. num. 5. Menchac. de Succession. creatione. §. 2. num. 148. Molin. lib. 1. cap. 13. num. 22. Matienz. in leg. 1. tit. 8. lib. 5. glos. 1. num. 15. & in expresso ita tenet & declarat solus Joan. le Cirier in tract. de Primogenit. in 3. lib. 4. quest. princ. vers. Salva reverentia.



§. Discipuli, 5. column. in medio. Bald. in cap. 1. de Natura feud. Ripa in leg. Nemo potest, ff. de legat. 1. 2. column. num. 7. Jacob. de S. Georg. in leg. Cum in antiquioribus, Cod. de Jur. deliber. fin. column. num. 20. Bald. in cap. 1. Quibus modis feud. amit. 5. column. num. 22. ubi dicit, quod quæcumque causæ justæ exhæredationis, vel revocandæ perfectæ donationis sunt justæ causæ privationis feudi. Mart. de Laud. in tract. de Primogenit. 18. & 19. quæst. Advertendum tamen ultra DD. quod hoc intelligerem & limitarem, quando majoratus provenisset ab illo patre qui offensus est, licet esset irrevocabilis per traditionem possessionis, vel ex alia causa; (x) secus verò si proveniret ab aliis ascendentibus, vel ab alio tertio; quia tunc non posset eum tali jure privare; argumento eorum quæ dicuntur infra ista leg. In illa quæst. an & quando bona majoratus possint per delictum confiscari? (y)

Decimooctavo principaliter quæro, an successor in Regno, vel majoratu teneatur solvere debita prædecessoris? (z) Et videtur quod sic: Primò, quia succedit jure hæreditario: (A) Textus est in cap. Licet, extra, de Voto, & ibi notat & commendat Abb. & commun. DD. text. in cap. Grandi, de Supplen. neglig. præl. & ibi commun. DD. & latius supra dictum est: Ergo tanquam successor teneatur solvere debita sui

(x) Ut tradit Padill. in leg. Num ex familia, §. fin. de Falcid. num. 19. de legat. 2. facit lex 1. fin. numer. tit. 6. lib. 5. Recopilat. & quæ ibi tradit Matienz. in gloss. ultim. Molin. lib. 1. cap. 6. num. 31. cum sequentibus. qui latè num. 6. prosequitur, quibus casibus ex ingratitudine contra fundatorem commissa possit excludi successor majoratus à successione? Matienz. in leg. 4. tit. 7. lib. 5. Recopilat. glos. fin.

(y) Idem & Acosta de Successione Regni ex num. 16. usque ad 28. Molin. num. 1. cap. 8. num. 20. & lib. 3. cap. 6. num. 15. Mieres 1. tract. Majoratus 4. part. quæst. 1. num. 46. cum pluribus aliis, quos refert & sequitur Velazq. hic, glos. 1. num. 74.

(z) Vide de hac quæstione Molin. lib. 1. cap. 10. per totum. Joan. Garc. de Fructibus & expensis, cap. 16. num. 10. per totum. Velazq. de Avend. plures referentem in leg. 46. Taur. glos. 9. num. 2. & sequent. Capit. decis. 192. per totam. Gregor. in leg. 4. verb. Sus deudas, tit. 15. part. 2.

(A) Prout tenet Oldrad. consil. 94. column. 1. cujus autoritate id etiam tenet Afflictis, in Constitutionibus Regni Siciliae lib. 3. rub. 24. num. 75. Suar. allegatione 10. Simanc. in Catholicis institutionibus. cap. 9. num. 263. Molin. in Consuetudin. Parisiensib. tit. 248. glos. 3. num. 9. Tiraquell. quæst. 23. de Primogenit. num. 5. & quæst. 35. per totam. Cifuentes hic, quæst. 16. Alvarez Velasco de Jure emphyteutic. quæst. 50. num. 2. & 12. Acost. de Successione Regni. num. 2. Joan. Garc. de Fructibus & expens. cap. 16. num. 17. usque ad 23. Velazq. hic, glos. 1. num. 13.

(b) Hancque sententiam defendit Molin. in Consuetudinibus Parisiensibus. tit. 1. §. 11. numer. 4. Padill. in leg. Unum ex familia, §. Si de Falcidia de legat. 2. numer. 7. Gregor. in leg. 4. tit. 15. part. 2. verb. Sus deudas. Burg. de Paz in Proæmio legum Taur. num. 101. Acosta de Success. Regni num. 11. Molin. lib. 1. cap. 10. per totum. Velazq. de Avend. hic, gloss. 1. num. 63. novam rationem hujus sententiæ reddens. Mieres in tract. Majorat. quæst. 26. per totam. Matienz. in leg. 6. tit. 7. lib. 5. glos. 3. num. 16. & sequentibus ubi latissimè tractat hunc articulum, plures allegans, qui numer. 19. septem casus, in quibus ex juris necessitate debita prædecessoris successor majoratus solvere tenetur, explicat.

prædecessoris; argumento text. in leg. 1. 2. & per totum; Cod. de Hæreditar. action. Secundo pro hac sententia & conclusione facit notabilis & expressus text. in cap. Significavit, extra, de Rescriptis, ubi successor in Comitatu non potest conveniri virtute rescripti impetrati contra prædecessorem, qui erat debitor certæ quantitatis, si talis prædecessor mortuus sit re integra, antequam ad judicium fuisset vocatus; ergo si rescriptum extenderetur ad successorem, bene posset conveniri, vel alias sine rescripto posset via ordinaria coram proprio judice conveniri. Et ad hoc notat & commendat ibi Bald. col. in 2. notabil. Sed his non obstantibus, contrarium videtur de jure verius, imò, quod talis successor majoratus non teneatur solvere debita prædecessoris. (b) Primò singulari fundamento & ratione; quia quando majoratus non est constitutus ab ipso prædecessore, sed ab antiquo, non dicitur talis successor immediate succedere ipsi proximo prædecessori, sed primo fundatori constituenti majoratum, textus est notabilis in leg. Unum ex familia, vers. 1. ff. de legat. 2. & ibi notant & commendat Bart. Alber. & communiter DD. text. in §. Si de falcidia, ejusd. leg. text. in §. Sed si fundum, prope fin. ejusd. leg. text. in leg. Pater ex provincia, ff. de Manumis. vind. text. in leg. Pater filium, ff. Ad legem falcid. Facit bonus text. in leg. Asse toto, ff. de Hæred.

inst. text. in leg. Si ita scripsero. ff. de Condition. & demonstration. ergo libere debet bona recipere, nec potest à proximo prædecessore gravari, nec debita ejus persolvere; argumento textus cum materia in leg. Ab eo. Cod. de Fideicommiss. Si verò majoratus est constitutus à proximo prædecessore, non potuit constitui, nisi prius debitis solutis; quia non dicuntur bona, nisi deducto ære alieno, ut in leg. Subsignatum. §. Bona. ff. de Verbor. signific. & in leg. Venisse, eod. tit. & in leg. Cum emancipati. §. Illud. ff. de Collat. honorum, & in leg. Mulier. Cod. de Jur. doti. cum similib.

72 Sed in hoc articulo ista est vera concordia & resolutio; quod si debitum est contractum in utilitatem ipsius majoratus, tunc bene tenetur successor illud solvere. (c) Quod tamen intelligo & declaro, quod teneatur successor solvere non personaliter ex proprio patrimonio, sed ex patrimonio & bonis majoratus, quatenus patiuntur vires ejus; cum in ejus utilitatem sit versum; (d) quia alias esset iniquum quod successor, qui fortè per momentum succederet, & possideret majoratum, teneatur ad omnia debita. Si verò non est conversum in ejus utilitatem, non tenetur solvere; ita probat textus notabilis in cap. 1. extra, de Solution. ubi successor in beneficio vel dignitate tenetur solvere debita prædecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta; cujus verba sunt: Sicut filius debita patris solvere tenetur, ita prælatus sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta. Secundo pro hac sententia & conclusione facit text. in cap. Ex presentium. de pignor. ubi habetur, quod si rector Ecclesiæ pro necessitate propria rem Ecclesiæ obligavit, non tenetur Ecclesiæ, vel successor in beneficio vel dignitate, liberare; ergo secus est, si pro necessitate vel utilitate ipsius Ecclesiæ debitum contraheret. Tertio facit text. in cap. Quod quibusdam, extra, de fidejussoribus. ubi habetur, quod si Religiosus sine consensu Abbatis vel Capituli pecuniam mutuam accepit, non tenetur Monasterium, nisi in utili-

tatem ejus conversa sit. Quarto facit textus notabilis & expressus in cap. 1. §. Si Vassallus. Hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, in lib. 2. Feud. cujus verba sunt: Si Vassallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipsum sua pecunia melioraverit, & contigerit postea, quod Vassallus sine filio masculino decedat, dominus aut patiatur ædificium conferri, aut solvat pretium meliorationis. Quinto facit textus notabilis cum materia in leg. In fundo. ff. de Rei vindic. textus in l. Sumptus. eod. tit. text. in l. Domum. cum materia, Cod. eod. tit. Sexto facit textus notabilis in l. Domus hæreditarias. ff. de Legat. 1. ubi probatur, quod faciens sumptus utiliter in re subjecta restitutioni, potest eos petere in casu restitutionis; & ad hoc notat & commendat ibi Joan. de Imol. & commun. DD. bonum text. in l. Mulier. §. Sed enim. ff. Ad Trebell. Septimo facit text. in l. Si in area, in fin. ff. de Condit. indeb. text. in l. Paulus. ff. eod. tit. Octavo facit bonus text. in l. Julianus. §. Præterea. ff. de Action. empt. ubi habetur, quod venditor potest repetere ab emptore sumptus necessarios, vel utiles consumptos in re vendita. Et in expresso istam sententiam & conclusionem tenent Anton. de Butr. Anch. & alii DD. in dict. cap. Significavit, de Rescript. Abb. & commun. DD. in dict. cap. 1. de Solution. Pro qua sententia & conclusione est hodiè lex notabilis part. 4. tit. 15. 2. part. quæ apertè dicit, quod successor in regno tenetur de jure solvere debita regis prædecessoris: Et eadem ratione idem debet esse in alio successore majoratus, per ea quæ supra dixi. Sed advertendum, quod illa lex indistinctè loquitur & dicit, quod teneatur debita solvere de jure, & de bene esse: Sed eam intelligo isto modo, quod de jure teneatur solvere debita contracta in utilitatem Regni; de bene esse teneatur solvere alia debita voluntaria. (e) Nec etiam prædictis obstat lex notab. 46. infra his. ll. Taur. quæ disponit, quod si possessor majoratus ædificavit Castrum vel fortalium, vel illud reparavit, pertineat successor

ma-

(c) Vide Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 10. num. 18. Joan. Garc. de Fructibus & expens. c. 16. num. 12. Matienz. in l. 7. tit. 7. lib. 5. Recopilat. gloss. 3. num. 8. Pinell. in l. 1. part. 2. num. 71. Cod. de Bonis matern. Velazq. in l. 46. Taur. glos. 9. d. num. 12.

(d) Et quando talis utilitas non sit momentanea, sed perpetua, & in perpetuum duratura; qua ratione, meritò ex ipsis rebus & bonis majoratus fit resolutio, cum virtualiter & effectivè remaneat utilitas.

(e) Et hanc interpretationem sequitur etiam Molin. lib. 1. cap. 10. num. 3. Gregor. Lop. in dict. l. 9. tit. 15. 2. part. gloss. 1. Anton. Padill. in l. Unum ex familia, §. Si de falcidia, n. 7. & seq. de l. 2. Matienz. in l. 6. tit. 7. lib. 5. gloss. 3. num. 19. in fin. licet Cost. in quæst. de Patruo & nepot. num. 4. generaliter legem prædictam partitè intelligat, ut necessariò Rex teneatur debita prædecessoris omni casu solvere.

Anton. Gomez. ad Leg. Taur.

Dd



majoratus, nec teneatur aestimationem vel expensas solvere, nec in tali commodum vel lucro uxor prædicti successoris habet partem lucrorum. Quia illa debet tantum intelligi in sumptibus & expensis ædificiorum, non in aliis. Et quæ sit ratio illius legis? Vide super ea. Ex quibus notabiliter infero, quod licet majoratus & constitutio ejus incepta ab ipso prædecessore debitor; tamen, si debita contraxit postquam majoratus & ejus constitutio fuit irrevocabilis mediante traditione, vel ex aliis causis contentis in his l. Taur. non tenetur successor illa solvere; quia alias posset per indirectum majoratum revocare. (f)

73 Decimonono principaliter quæro an sententia lata contra possessorem majoratus, per quam privatur majoratu, & declaratur ad alium pertinere, præjudicet sequenti successori, etiam non citato nec vocato? Et videtur quod non: Primò, quia sicut per contractum, vel delictum, vel aliam causam non potest possessor bona majoratus alienare, ita etiam non poterit per quasi contractum, qui inducitur litigando in iudiciis, argumento textus in l. 3. §. Idem scribit, ff. de Peculio, & ibi notant Bart. Bald. & communiter DD. Secundò facit textus in l. In diem, ff. de Aqua pluviæ arcend. ubi habetur, quod successor particularis, ad quem res secundariò pertinet, & habet jus vespem de futuro, debet consentire in alienatione rei; & ad hoc summè notant & commendat ibi Gloss. ordinaria, Bart. Bald. Angel. Imol. Cuman. Rom. & communiter DD. facit etiam text. in l. Nihil. §. Omnibus, ff. de Legat. 1. text. in l. Quoties, 11. Cod. de Fideicommiss. ubi habetur, quod in alienatione rei restitutioni subjectæ debent consentire illi ad quos res debet pervenire, alias non valet alienatio; & in expressò ita tenet Bart. in l. Filiusfamilias, §. Divi, ff. de Legat. 1. 5. column. num. 9.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quod talis sententia præjudicet sequenti successori, etiam non vocato nec citato: Primò per text. in l. 1. §. Denuntiari, ff. de Ventre inspici. ubi, quando lis vertitur super hereditate, vel bonis alicujus defuncti, solum est citandus hæres universalis, ad quem principaliter & immediatè spectat negotium, non verò substitutus, vel alter cui secundariò bona possunt

(f) Idem tenet Peralt. in l. 3. §. Qui fideicommissum, num. 124. de Hered. instit. idem simul mecum referens, dicensque sic pluries practicum ac intellectum fuisse, tenet Molin. lib. 1. capit. 10. num. 11. Mieres in tract. de Majorat. 1. part. quæst. 24. num. 34. & 35. licet contrarium tenuerit Angel. in tract. de Meliorat. in l. 5. gloss. 4. num. 2. cui latè satisfaciunt Velazq. de Avend. in l. 21. Taur. num. 15. & 16. meam sententiam defendens.

pertinere; & ad hoc notant & commendat ibi DD. Secundò facit talis doctrina & regula generalis; quod quando processus vel causa principaliter tendit & ordinatur in præjudicium certæ personæ, licet in consequentiam resultet præjudicium tertio, non propterea ille tertius est citandus ut compareat & assistat in causa, sed tantum primus, quem principaliter negotium tangit; ita probat textus notabilis & expressus in l. Cum filiusfamilias, ff. de Verbor. obligation. & ibi summè notat & commendat Angel. de Perus. 1. column. & post eum communiter alii DD. Tertio & in terminis facit; quia sententia lata in querela inofficiosi testamenti contra hæredem universalem nocet & præjudicat fideicommissario substituto, etiam non citato; textus est singularis in l. Si patroni filius, §. fin. ff. ad Trebell. & ibi notant & commendat communiter DD. Notant etiam & commendat Bart. Paul. & communiter alii DD. in leg. 1. Cod. de Inoffic. testam. Quartò pro hac sententia & conclusione facit text. in cap. 1. §. Si Vasallus et fin. si de feudo defuncti, contentio sit inter dominum & agnatos Vasalli, in lib. 1. Feudor. ubi disponitur, quod si Vasallus agat vel conveniatur super re feudali, valet iudicium & sententia, etiam in præjudicium successoris, ad quem feudum debet pervenire; text. in cap. 1. de Controvers. inter Vasallum & alium de Benefic. Et in expressò in nostro casu & quæstione, scilicet, quod talis sententia definitiva lata in bonis majoratus præjudicet successori, tenet Joan. de Imol. in l. Filiusfamilias, §. Divi, ff. de Legat. 1. 2. column. Angel. de Perus. ibi, fin. col. Joan. Crot. num. 42. Ferd. de Loazes, num. 62. communiter modern. Albert. in Proæmio Digest. veteris §. Discipuli, 1. column. Idem Alberic. in l. penultim. Cod. de Donat. inter vir. & uxor. Alexand. in l. Sepe, ff. de Re judic. 42. col. & ibi modern. Anchar. in cap. Licet, de Voto, penultim. column. num. 17. Mart. de Laud. in tract. Major. 46. quæst. Confirmatur; quia sententia lata contra maritum in re dotali, agendo, vel defendendo, nocet & præjudicat uxori, nisi dolo succubuerit, & non sit solvendo; quia censetur procurator in rem suam: Ita probat text. in l. Si pro re pupilli, §. 1. ff. de Eviction. textus in l. Si mater, §. Hoc jure, ff. de Except. rei judic. text. in l. Titio centum, §. fin. ff. de Condit. & demonstr. text. in l. &

eleganter, §. penultim. ff. de Dolo, text. in l. Pater in fine, ff. de Dote præleg. textus in l. Dote ancillam, Cod. de Rei vindic. & ibi tenent Guill. Cynus, Bald. Paul. Salyc. & communiter DD. Unum tamen est, quod si ipse successor vellet comparere pro suo interesse in iudicio, & adesse causæ, & probationes inducere, poterit hoc facere, etiam invito possessore; quia quando aliqua causa agitur principaliter inter aliquos, cujus eventus potest alteri in consequentiam præjudicare; potest ille tertius pro jure suo comparere, & probationes adducere: textus est singularis in l. Principaliter in fin. Cod. de Liberal. caus. & ad hoc notat & commendat ibi Bald. & communiter alii DD. Melior textus in l. Si suspecta, ff. de Inoffic. testam. & vide Covarrub. in Pract. quæstionibus quæst. 28.

74 Vigesimo principaliter quæro, si possessor majoratus decessit fructibus pendentibus, an pertineant successori majoratus, an verò pertineant omnibus hæredibus & successoribus, ut dividantur inter eos tanquam bona defuncti. (g) Et videtur quod dividantur inter eos, sicut alia bona communia & libera habita à defuncto: Primò, quia tales fructus sunt res mobiles, in quibus non consistit majoratus; unde meritò inter eos debent dividi, sicut aliæ res mobiles non vinculatæ nec subjectæ, restitutioni, argumento text. in l. Sciendum, §. 1. ff. Qui satisd. cogant, textus in l. 1. ff. ad Syllan. textus in l. final. versic. penultim. ff. de Requirend. reis, cujus verba sunt, sed & divus Trajanus inter moventia fructus quoque haberi rescripsit. Secundò facit textus mirabilis, & expressus in cap. 1. §. His consequenter. Hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, in lib. 2. Feudor. ubi disponitur, quod mortuo Vasallo sine hærede masculino, taliter quod feudum debeat amitti, si decedat ante Martium, omnes fructus pertinent domino; si verò post Martium usque ad Augustum, pertinent hæredibus, vel successoribus suis, & dividantur inter eos tanquam bona propria & communia. Ergo ita dicamus in nostro casu, quod mortuo possessore majoratus, fructus pendentes pertineant hæredibus & successoribus ejus. Et de illo textu & de ejus decisione mirantur ibi DD. & ponunt varias & diversas rationes; & illum

textum in sua decisione reputat singularem in jure Angel. in l. Defuncta, ff. de Usufructu.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quod indistinctè, mortuo possessore majoratus in qualibet parte anni, fructus pendentes pertineant soli successori majoratus, non aliis hæredibus vel successoribus. Pro qua sententia & conclusione primò facit textus notabilis & expressus in l. Fructus pendentes, ff. de Rei vindication. cujus verba sunt: Fructus pendentes pars fundi esse videntur, & ibi notat & commendat Glossa ordinaria, Alber. & communiter DD. textus in l. Cum filius, §. Dominus, ff. de Legat. 2. textus in l. Si servus communis, §. Locavi, ff. de Furtis, textus in l. In falcidia placuit, ff. Ad legem falcid. ex quo dicit Alber. in dict. l. Fructus pendentes, ff. de Rei vindic. quod tales fructus censentur res immobiles, sicut ipse fundus cui cohærent. Nec obstat textus in dict. l. final. versic. penultim. ff. de Requirend. reis, cum simil. quia intelliguntur, quando fructus sunt jam separati à solo: Tenet etiam Glossa ordinaria juncto textu in cap. 1. §. fin. de Feudi cognition. in lib. 2. Feudor. ex quo etiam & secundò dicit Bald. in l. 1. column. penultim. Cod. de Fruct. & litium. expen. quod in petitione reali vel personali fundi veniunt & includuntur fructus pendentes, absque aliqua petitione vel declaratione. Tenet etiam Angel. in §. 1. Instit. de Offic. jud. 2. column. num. 4. (h) Ergo sicut fundus vel res mobilis pertinet successori majoratus, ita etiam fructus pendentes debent ei pertinere; quia non censentur res diversæ & distinctæ, sed una & eadem res, cui altera cohæret; & istud est inconvenibile fundamentum.

Secundò & in specie pro hac sententia & conclusione facit textus bene notandus in leg. Defuncta, ff. de Usufructu. ubi habetur, quod si fructuarius vel fructuaria decedat fructibus jam collectis; ipsi, vel pensiones eorum pertinent hæredibus ejus, licet pensionis dies, vel terminus non cesserit; si verò fructibus pendentes decessit, ipse fundus cum fructibus pertinet ipsi domino proprietatis, cui fundus debet restitui: Et ad hoc illum textum in sua decisione notant & commendat Odofred. Bar-

(g) De hac quæstione videndus est Mieres in tract. de Majorat. 4. part. q. 24. per totam. Molin. in consuetudin. Paris. 1. part. §. 1. gloss. 8. n. 10. fol. 42. Covarrub. lib. 1. Variarum, cap. 15. num. 14. Molin. lib. 3. cap. 11. quasi per totum.

(h) Contrarium videtur tenere Covarrub. lib. 1. Variarum, cap. 15. num. 14. & Burg. de Paz in Proæmio legum Taur. num. 74. verb. Præterea, Avend. responso 5. num. 4. fol. 12. Molin. de Primogen. lib. 13. cap. 11. num. 11. & vide omnino Joan. Garc. qui mecum hanc partem defendit de expensis & meliorat. cap. 16. num. 6. Anton. Gom. ad Leg. Tauri.